

Hann. die leichten 3 Brüder

(= 44) 1) Pauwelsius, Johannaus da

Sphaerium apud certiorum.

(Leipzig: Dr. Ulrich des Capostols, 1485 - 1489)

Hain 14 215

BMB. II, L. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vesimus, Maffeiis (nicht: Vitruvius?)

De veritate et phalsa lettha
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain 14 943

BMB. II, L. 632

3. Tobullus Altimus:

L. 8

(= 46) Elegia de amore et amitibis (Merck 1486)
Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach L. 8 27

DISPUTATIO IX.

DE TESTAMEN-
TIS ORDINANDIS.

Quam

Pro laudabili & recepta schola consuetudine,
excercitii privati gratia in illustri UVi-
tebergensium Academia

Præside

GOTTERIDO MULLERO
ASCANIENSI SAXONE, LL.
STUDIOSO,

Humanissimis & doctissimis aliquot juvenibus, Col-
legis meis suavissimis propono ad
10. Cal. Iul.

DAVID VVENNEMETERUS,
ASCANIENSIS SAXO.



WITEBERGÆ,
ANNO CIC XCIX.



REVERENDO ET
DOCTISSIMO VIRO, Dn. M. ZA-
CHARIAE VEN NEMEYERO, PASTORI
PLOTZCAVIENSIVM FIDELISSIMO,
Parenti suo dilectissimo:

Nec non,

CLARISSIMO DOCTISSIMO
QUE VIRO, Dn. M. ALBERTO VOITO,
ILLVSTRIS GYMNASII SERVESTANI
PROFESSORI PUBLICO, ET SCHOLÆ
Trivialis Moderatori, Praeceptoris
suo, debita observantia
calendo

Dedicat

Respondens.

ALBERTVS
VOITO

DISPUTATIO IX.
DE TESTAMENTIS.

Continuatio.

PXpositis hactenus ab Imperatore nostro modis, qualiter res singule particulariter acquirantur: nunc ordine sequitur videre, qualiter res per universalitatem nobis acquirantur, idq; cum testamento, quod primum in his acquirendis sibi locum vindicat, accidere soleat, propterea utilissimam toto jure testamentorum materiam & scitu maxime necessariam hoc in loco discutimus.

Th. I.

Testamentum itaq; quod à mentis testatione (a) dictum, & à jure gentium originem traxit (b) est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

Notatio^s
definitio^s

(a) Pr. inst. de test. ord. idq; per notationem logicam ex formate testamenti desumptam, vult. in pr. Inst. de test. ord. n. 12. Dauht in proleg. de testam. & success. n. 9. Dis. Laurent. Valla, veram Etymologiam esse negans: sed fallis Valla qui Imperatorem ad Grammaticam Etymologiam, literas & syllabas annumerantem, respexisse opinaris, cùm jus nostrum non verbis, sed rebus positum sit l. scire leges 17. D. de. ll. (b) Vigl. ad s. sed prædicta, Inst. de test. ord. Iason in rubr. D. de acquir. vel amittit. hered. VVes. in w. D. qui test. fac posß. Vult in g. 1. n. 1. inst. de test. ord. (c) l. 1. D. qui test. fac. posß. Cujac. in w. D. qui test. fac. posß. VVes. in π. eod. Vig. in pr. inst. de test. ord. Dis. Accurs. in l. 1. D. qui test. fac. posß. acriter Vult. in pr. Inst. de test. ord. n. 14. & seqq. batiorem suo definito hanc definitionem esse contendens.

II.

Testamentum aut est paganum, aut militare, paganum est, quod fit domi extra militiam, & subdividitur in commune & peculiare, commune est testamentum factum secundum præscripta juris ci-

Distribu-
tio^s

vilis.

A 2



vilis, hoc est, in quo omnes solennitates ritè observantur: "Peculiare est, in quo aliquid singulariter receptum est, quam in testamento communi. — Militare est verè, vel quasi militare, illud quod à militibus armatis in expeditione existentibus, factum est arg. tot. tit. D. & C. de test. milit: hoc, quod ad exemplum testamenti militaris comparatum est; Testamentum factum ab aliquo tempore pestis, in loco illo, ubi testamentum sit, grassantis. Vtrumq, scribitur vel nuncupatur, illud dicitur scriptum, hoc nuncupatum. §. fin. Inst. de test. ord.

III.

Causa efficiens. Habent testamenti factiōnēm omnes qui non prohibentur.
l. 4. & 19. D. qui test. fac. pos. tot. tit. Inst. quibus non est permis. fac. test.

IV.

Prohibentur autem vel lege, vel à natura: lege, propter defectum suæ potestatis, ut servi, (a) filius fam. (b): à natura, ob defectum nimirum aliquem vel animi, ut est infans, impubes (c) mente captus, furiosus. (d) prodigus (e): vel corporis, ut mutus, surdus (f) cæcus (g)

(a) l. 19. D. qui test. fac. pos. l. quod attinet 33. l. servitutem 210. D. de R. I. Dauht. in rubr. qui test. fac. pos. pag. 294. idq. etiam ad Monachos extenditur c. quia ingrediētibus c. si qua mulier s. nūc autē quo Monachus 19. q. 3. Auth. ingressi Auth. de Monachis C. de SS. Eccles. nisi ante monachismū testamentū fecerint, rūe enim illud per ingressum monasterij non rumpitur, Br. in Auth. si qua mulier C. de S. Ecel. Diss. Cyn. in d. Auth. si qua mulier: vel si, cum ingredereetur, protestatus esset de bonis retinendis (b) pr. Inst. quib. non est permis. fac. test. tam de peculio profectio, quā adventitio, nulla facta inter bona adventitia differentia, gl. in Auth. idem est in his, C. de bon. quæ lib. Dd. in pr. Inst. per quis pers. cuiq. acqu. yves. consil. 17. n. 3. Don. 6. com. 5. Diss. Vaud. 1. q. 1. quem sequitur Treut. vol. 2. disp. 11. th. 2. lit. a. Et hæc quæ de filiofam: diximus adeò vera sunt, ut ne consentiente quidem patre testamentum facere possit, l. qui in potestate 6. D. qui test. fac. pos. pr. Inst. vers. adeò, quib. non est permis. fac. test: aliter tamen se res habet in bonis castrenis, & quasi, pr. Inst. quibus non est permis. fac. test. (c) §. 1. Inst. quib. non est permis. fac. test. (d) d. §. 1. §. furiosi, vers. sed & mente captis, Inst. de curat. nisi testamentum per furoris intervalla confecerit, Vigl. in d. §. 1. (e) l. 18. D. qui test. fac pos. §. 2. Inst. quib. non est permis. fac. test. (f) idq. intellig.

intelligendum de ijs mutis & surdis, qui literas ignorant Vigl. ad p.
3. Inst. quib. non est permis. fac. test. (g) nisi testetur secundum for-
mam, l. 8. C. qui test. fac. poss.

V.

Sed quid de fatuo dicendum, testari ne potest?

Aff. Duar. in tit. D. de his qui test. fac. poss. Dauht. de test. n. 220.

Diss. Iason in l. ex facto D. de vulg. & pupil. subst.

V.I.

Prohibentur deniq; quidam testamentum facere, vel ob mor-
tem civilem (a) vel ratione pœnæ (b) vel ratione hærefoeos (c)

(a) Puta si quis ab hostibus captus s. fin. Inst. quib. non est per-
miss. fac. test. l. 8. in pr. ubi Dd. D. qui test. fac. poss. id tamen rectè
restringitur ad ea bella, quæ fiunt contra Turcas & alios infide-
les, aliter se habet in ijs, quæ inter christianos geruntur, siqui-
dem in his nulla captivitate servitus contingit, cum jamdudum apud
Christianos servitus relegata & sublata, Alciat ad l. hostes de V. S.
(b) uti est damnatus ad mortem l. ejus 8. s. 1. D. qui test. fac. poss.
hodie tamen id abrogatum esse per Nov. 134. c. ult & Auth. bona
damnatorum cum Dauht. de testam. fol. 179 affirmo contra Treutl.
vol. 2. disp. 10. th. 2. lit. h. (c) ut sunt hæretici, Auth. cre-
dentes C. de hæreticis & manich.

VII.

Forma testamenti nihil est aliud, quam legitimè in testamentis ordinandis requisita depositio: eaq; consistit partim in heredis institutione, partim in adhibitione testium, partim in ipsa actione.

VIII.

Heredis institutio, quæ veluti caput & fundamentum est omnis testamenri, nihil est aliud, quam illa successoris à testatore facta designatio.

s. ante heredis 34. Inst. de legat. l. 1. D. de hered. instit.

IX.

Institutio hæc aut est necessaria, aut voluntaria. Necessaria
est, quæ versatur circa liberos olim in potestate existentes solum, ho-
die etiam emancipatos (a), & his deficientibus, parentes (b): Volun-
taria est, si nulli testatori liberi vel parentes, aut hi per exhereditatio-
nem rite summoti, extraneus heres instituitur (c)

(a) Auth. in successione C. de suis & legitimis, Nov. 118. (b) si quidem & hi necessariò sunt instituendi aut exheredandi l. 14. l. 15.
D. de inoff. test. (c) S. i. Instit. de hered. instit.

X.

Institutiones hæ sunt vel plurimum heredum, vel unius tantum : pluriū, si testator, plures liberos habēs, eos omnes heredes instituerēteneatur, vel si liberos non habēs, plures personas extraneas instituit : (a) unius, si unicum filium habens, eum heredem instituit, vel si nullū habens, unam saltem personam extraneam. (b)

(a) S. si plures o. Instit. de hered. Instit. & hoc casu, si testator divisionem non fecerit, lex dividit hereditatem in partes 12. S. hereditas inst. de hered. Instit. (b) S. 4. Instit. d.t.

XI.

Hinc non ineleganter quæritur, num pater uni filiorum plus quam alteri relinquere possit, & sic ex inæqualibus partibus liberos heredes scribere ? Affirmatur, dum modo legitima debita neminem defraudet.

Per expressum tex. in l. parentibus 8. C. de inoff. test. Gail. 20 obf. 112. n. 14. Consultius tamen est, & aequitati magis conveniens, inter liberos aequalitatem, ad quam ipsa lex patrem invitat, servare, cum inæqualitas maximas soleat parere discordias l. inter filios C. famil. hercisc. Auth. in success. C. de suis & legit. Et quamvis pater unum ex liberis prædiligere, eiq; plus quam alteri justis ex causis assignare possit arg. pr. Inst. de assign. libert. id tamen summo omnium politicorum consensu summam meretur reprehensionem, si parentis ex injusta inæqualitate & absq; ulla consideratione unum ex liberis plus vel minus amet, Siquidē is, qui in nulla apud patrē est gratia, non tantum debitā patri reverentia ex animo deponit, & sèpè simbi ipsi, dum parentis animum à se alienatum videt, mortem infert, ut de Torquati filio testatur Valer. Max. lib. 4. c. 8. verū etiam ei, qui plus amatur, insidiās machinari incipit. Reclē id docet Guazz. de conversat. cyp. f. 500.

XII.

Institutiones deniq; sunt vel puræ, vel conditionales. Puræ sunt, quando in illis simpliciter fit heredis mentio (a); Conditionales sunt, quæ sunt sub conditionibus, iisq; honestis & possibilibus (b).

(a) Veluti, Itius heres esto s. pure 3. Inst. de hered. instit. (b)

d. S. 3

d. §. 3. Si enim impossibilis & turpes & inhonestae, quemadmodum & temporis conditio, veluti, usq; ad calendas istas heres esto, invalidae & pro non adiectis habentur d. §. 3.

XIII.

Possunt autem omnes heredes institui, qui non prohibentur,
Pr. Inst. de hered. instit.

XIV.

Prohibentur autem heredes institui peregrini, h. e. qui cives Romani non sunt, (a) filii reorum laesae Majestatis, (b) illi qui improbi & intestabiles esse alege jubentur (c)

(a) l. sed si 6. §. solemus D. de hered. Instit. nisi a milite sit institutus l. idem est 13. §. & deportati 2. D. test. milit. (b) l. quisquis C. ad l. Iul. Majest. (c) l. cum lege 26. D. qui test. fac. poss. quales sunt heretici l. 3. C. de Apostat. Nov. 144. & damnati ob famosum carmen l. 18. §. si quis 1. D. qui test. fac. poss.

XV.

Sed quid dicendum? Autusne nepotem ex filio spurio heredem instituere potest? Affirmantibus subscribo.

Eleganter hanc questionem perstringit Eachin. s. contr. 97. Gail. 2. obs. 115. & obs. 88. n. 15. V. Clar. lib. 3. sent. 5. testamentum. q. 31. Tiraq. de jure primogen. q. 12. n. 14.

XVI.

Et tantum de heredis institutione, de testium adhibitione, que non minus de substantia testamenti est, videbimus.

XVII.

In his duo attendi debent, nemirum ipsorum personae, & adhibendi modus. In personis ipsis hoc spectatur, ut testes sint idonei, id est, qui jure adhiberi permittantur. L. 1. §. 1. D. de testib.

XVIII.

Prohibentur autem quidam in testamento testes esse, vel natura, vel lege. Natura, ob defectum aliquem animi vel corporis, & item ob defectum animi, quod vel omnino non intelligent, vel non intelligant id, de quo agitur. Prioris generis est furiosus (a) posterioris generis impubes (b): corporis, ut est mutus (c) surdus (d) cecus (e).

(a) Vti est furiosus, infans l. 20. §. ne furiosus D. qui test. fac. poss. (b) 6. Inst. de test. ord. (c) d. §. 6. quia cum loqui nequeat, nec testimonium perhibere potest (d) d. §. 6. quia is vocem testatoris non exaudiret (e) quia hic testatorem non videt.

A 3

Lege

XIX.

Lege verò in testamento testes esse prohibentur omnes illi, quos leges jubent esse improbos & intestabiles, quales sunt condemnati ad ultimum supplicium, hæretici & similes (a), item servus (b), mulier (c) & ille, qui est in testatoris potestate (d) heres ipse institutus (e) heredis instituti pater, & heredis instituti fratres (f) non legata-
rij (g).

(a) §. 6. Inst. de test. ord. (b) d. §. 6. (c) sèpè d. §. 6. excepto testamento ad pias causas & militari (d) §. 10. Inst. de test. ord. (e) d. §. 10. (f) d. §. 10. (g) §. legatarijs Inst. de test. ord. ubi elegan-
ter vult. Vigl. ad d. §. legatarijs. Dis. quò ad testamentum nuncu-
pativum Duar. ad tit. D. qui test. fac. poss. p. 326.

XX.

Frater in testamento fratri (a) filius emancipatus in patris (b)
filius fam. in matris, libertus in patroni testaméto testis esse potest (c)

(a) §. testibus 9. Inst. de test. ord. Don. de testib. c. 3. Vigl. ad §.
pater, Inst. de test. ord. Dis. Dd. com. in primis Duar. 1. disp. 28. &
ad tit. D. de testib. pag. 240. (b) Vigl. ad §. 8. n. 4. Inst. de test. ord.
Don. 6. com. 7. Dis. vulgo Dd. per l. 6. C. de testib. Duar. 1. disp.
28. (c) antea dicti Dd.

XXI.

Modum testes adhibendi quod attinet, primò desideramus, ut
testes sint rogati. (a) Rogatos autem tum intelligimus, si istius rei, ob
quam rogantur, certiores reddantur, simulq; rogentur, ut actui in-
teresse velint (b)

(a) l. heredes 22. §. in testamentis D. qui test. fac. poss. (b) Don.
6. com. 6. V. Gothofr. ad Nov. 90. c. 1.

XXII.

Secundò, in testibus non tantum requiritur, ut sint rogati, sed
etiam ut animo & corpore præsentes sint, (a) intelligentq; quid aga-
tur, & testatorem non loquentem tantum audierint, sed etiam vide-
rint (b)

(a) §. 3. Inst. de test. ord. l. si non speciali, q. c. eod. (b) l. si unus
12. C. de test. ybi Dd.

XXIII.

Tertiò requiritur etiam certus testium numerus, qui numerus
ob varia testamentorum genera variat, & non semper unus idemq;
in omnibus testamentis testium numerus adhibetur.

Aut

XXIV.

Aut enim est Testamentum commune Solenne, vel Nuncupativum, nihil interest, & septem requiruntur.

s. 3. vers. septem testib. Inst. de test. ord. idq; consuetudine ita observatur, & constitutum est in Comit. Colon. anno 1512. sub Maximil. I. sub tit. Von Testamenten s. Und sollen die Notarij.

XXV.

Quæritur num ille solennis testium numerus sit de forma testamentorum substantiali? Affirmativæ sententiæ calculum adjicimus nostrum,

l. hac consultissima s. ex imperfecto C. de testam. Br. in l. 55. D. delegat. I. Diff. Alciat. ad l. 1. C. de SS. Eccl. & 6. parad. 17.

XXVI.

Quæstio etiam agitur, an id quod jus civile septem testes requirat, sit iuri divino contrarium? Et tutius est ut negemus.

Garz. in tract. de ult. f. jur. n. 242. Quia cautius est agendum, ubi maius vertitur periculum, l. I. s. 5. D. de Carbon. edict.

XXVII.

Si testamentum est peculiare, hic numerus remittitur, vel in totum, vel pro parte: in totum, cum testamentum sit coram principe vel per preces principi oblatas (a) vel coram judice apud acta (b)

(a) l. omnium 19. C. de testam. l. sancimus C. de donat. (b) l. testamenta C. d. t. Don. 6. com. 6. Vult. ad tit. Inst. de test. ord. Et hæc sententia approbata est in Saxon. Nov. elect. August. p. 3, c. 3. in fr. ita tamen, si testator præsens deponat Moll. I sem. c. 5.

XXVIII.

Pro parte, ut sint vel plures, vel pauciores. Plures, ut in testamento cæci, ubi octo requiruntur (a): pauciores, ut in testamento condito inter liberos, ubi duò sufficiunt (b), factò à rustico, ubi tam facilis copia testium haberi nequit (c), item in testamento militis (d)

(a) l. hac consultissima 8. C. qui test. fac. poss. (b) l. 16. C. fam. hercif. Zunt. in respon. suo prouxore n. 45. Diff. Cujac. in consult. consult. I. Salicet. in l. f. C. famil. hercif. (c) l. fin. C. de testam. (d) pr. Inst. de milit. testam.

In

XXIX.

In testamento facto tempore pestis, quamvis pleriq; quinq;
testes sufficere putent, si nimium pestis gravassetur: duo vel tres si ipse
testator peste correptus sit: eaq; sententia judicio cameræ recepta
sit, (a) nos tamen juri scripto hanc sententiam esse contrariam non
obscure docemur (b).

(a) *Vult. Inst. de test. ord. Myns. I. obs. 16. Gail. 2. obs. 118.*
eamq; approbat Elector Augustus p. 3. Const. 4. (b) *per tex. ex-*
pressum l. casus 8. D. de testam. Clar. in s. testamentum q. 56. Boër.
decis. 228. Fach. 5. contr. 92. Dis. allegati Autor. quibus adde
Menoch. 2. arb. jud. quæst. cas. 94. n. 71.

XXX.

Quarto in testibus requiritur, ut (quemadmodum & in testa-
tore (a)) testamento se subscribant: idq; adeò necessarium est, ut si
testis nomen suum non subscripserit, perinde sit, atq; si adhibitus non
esset. (b) Quod si scribere non possit, unum ex contestibus rogabit,
qui suo nomine subscribat (c)

(a) *Si noverit literas, sin minus, octavus insuper testis, qui se*
pro testatore subscribat, & sigillum apponat, exhibetur, Vult. Inst.
de test. ord. in s. 2. n. 36. (b) *l. hac consultissima 21. C. de test.* (c)
Vult. d. loco.

XXXI.

Subscriptione facta etiam subfigent annulo, vel suo, vel alieno?
& si annulus alienus, istius in subscriptione mentionem fieri debere
Speculator scribit, sed id probandum non putamus. l. 22. s. 2. & s. D.
qui test. fac. pos. 9. 3. *Inst. de test. ord. d. l. hac consultis.*

XXXII.

Sed num tantum annulo, an verò alio quovis signo signare pos-
sint inter Dd. non convenit: posterius affirmamus.

Cum *Vult. Inst. de test. ord. 5.* possunt autem omnes 2. n. 35. *Conan.*
9. com. 2. Dis. Vigl. ad s. 5. Inst. de test. ord. Vide VVef. ad s. pos-
sunt 3. Inst. de test. ord. Don. 6. com. 8. Hotom. 1. obs. 20. qui tex-
tum l. 22. s. 5. legunt negative, quos reprehendit Cujac. 14. obs. 11.
Robert. 1. recept. lect. 21.

XXXIII.

Et hæc sunt, quæ de testibus dici possunt, sequitur nun ipsa te-
stamenti actio. XXXIV.

In actu testamenti requiritur, ut fiat uno eodemq; tempore &
uno contextu, nullo alieno actu interveniente. l. heredes

l. heredes palam 12. §. fin. D. quicquid fac possit. sed cum paulatim ubi vult. Inst. de test. ord. l. hac consultiss. 12. C. de test. Modicum tamen intervallum, puta si forte testatoris moribundi conditio hæc simul fieri non patiatur, vel si necessitatibus naturæ sit parendum, si morbus ingravescat & statim remittat, si medicamentum ægroti sit adhibendum, vel si quis necessarium naturæ usus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testibus, & si quæ sunt ejus generis alia l. cum antiquitas 28. C. de testam. l. hac consultiss. 21. C. d. t.

XXXV.

Gravis hinc inter Dd. oritur concertatio num videlicet contractus, emtionis, locationis, conductionis, stipulationis sit actus extraneus, cuius interventu testamentum vitietur? Nos ab affirmantium partibus stabimus.

*l. verb. contraxerunt de V. S. Vult. Inst. de test. ord. in §. 2. n. 31.
Vigil. in §. 1. vers. sed cum paulatim, Inst. de test. ord.*

XXXVI.

His ita ritè & solenniter confectis, hodie in utroq; testamento, tam scripto, quam nuncupativo, opera Notarij publici etiè adhibetur.

*Vide plenæ des Reichs abschied in comit. Colon. anno 1512. sub tit.
Von Testamenten/§. Und sollen die Notarij. Hoc facto ulterius quid requiratur tradit Schneid. Inst. de test. ord. in §. fin. n. 8.
in fi.*

XXXVII.

Testamentum, secundum juris requisita confectum, de jure suum fortitur effectum, ut nimur quād diu ex testamento speratur hereditas, successioni ab intestato non sit locutus.

l. quam diu 42. D. de acquir. vel omitt. hered.

XXXVIII.

Testamentum etiam in quacunq; materia scribatur nihil inter- est, modò ad eam rem sit idonea. *§. 12. Inst. de test. ord.*

XXXIX.

Publicatio testamenti, quæ est illa actio, qua testamentum factum in publicum producitur, plerumq; post mortem fit (a) & secundum leges & mores civitatis, in qua fit testamenti apertura, fieri debet (b).

(a) Cujac. in ws. D. quemad. test. aper. (b) l. 2. C. test. quemad. ap. plura quæ ad publicationem & aperturam testamenti requirantur.

V. apud

V. apud Schneid. Inst. de test. ord. in s. nihil autem, vult. Inst. de pupill. sub. in si.

X L.

Finis.

Finis testamentorum est pietas, propter quam stylus testantium liber esse debet l. i. C. de SS. Eccl. publica utilitas, siquidem publicè interest, ut homines morientium facultates acquirant per not. in l. i. D. solut. matr.

Et tantum de testamentis ordinandis dictum sufficiat: in sequenti, Deo volente, disputatione, quemadmodum rite facta vicissim infirmentur, videbimus.

Coronidis loco.

Vassallus de feudo testamentum condere non potest, adeoq; nec ad piam causam, aut pro anima legare. Excipimus feudum novum: de eo enim potest testari vassallus, & uni filiorum totum feudum prelegare, modò testatori Dominus consentiat.

F I N I S.



Fa 1388,
80



100



101

101

101

101. *Dieß ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*


101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

101. *Es ist ein sehr
guter und sehr
wahrhafter Rat*

Farbkarte #13



77

VTATIO IX.
STAMEN,
ARDINANDIS.

Quam
recepta scholæ consuetudine,
ati gratia in illustri UVi-
esum Academia

Præside
DO MVLLE RO
ENSI SAXONE, LL.
TUDIOSO,

tissimis aliquot juvenib⁹, Col.
suavissimis propono ad
io. Cal. Iul.

ENNEMETERUS,
NIENSIS SAXO.

TEBERGÆ,
NO 61996

